



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

6. Quae personae ratione sexus accusare nequeant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

sola in lecto jacens, in locis secretis & latibus, presumuntur fornicarii. *cap. literas. de praesumpt.* Inducentur ergo testes in praesentia actoris & rei, qui personaliter intererunt, non autem per procuratorem, (*L. pen. §. ad crimen ff. de pub. jud. præterquam si universitas accuset L. tam collatores. lib: 12. C. de re milit:*) probatoq; delicto Reoq; confessio in eum condemnationis sententia dicetur, nulla ei regulariter appellatione concessa. *L. observare. C. quorum appell: non recip.* & haec omnia procedunt, quando accusator & accusatus fidei iusso ri committuntur. *vide Rofred: sup. loco cit.*

6. Resolvenda restant nonnulla circa personas, quæ ab accusando repelluntur, vel contraria. Et quidem diversæ sunt cause, ob quas aliqui accusare non possunt. Prima est ratione sexus, sicut Mulier nec arbitr, nec iudex, nec procuratrix esse potest: ita neq; accusationis Officium exercere valent, quia sic clarè statutum *L. qui accusare. ff. de accus: L. cum Prætor. ff. de procur.* imò etiam *L. alienam. C. de Procur.* neque tutrix esse potest nisi filiorum. Unde dicitur, *arbitrij librum non tractet fœmina nullum.*

NULLUM. Resciat arbitrij librum nec iurgia pen-
set. Quæ melius pensat: pensa columque gerit.
Fallunt tamen predicta in. 7. casibus. Nam
primo accusare potest Lege Cornelia te-
stamentaria de fal. L. I. de testamento fal-
si materni vel paterni liberti accusare po-
test. 2. si prosequatur injuriam suam vel
suorum, qui autem sui sunt, habetur *ff. de*
accus. L. 2. & C. qui accus: non poss: sed hoc est
commune omnibus, qui accusare prohi-
bentur, ut *ff. de accus.* C. h. i. tamen omnes. 3. si
velit accusare L. Jul. de anno, & hoc pro-
pter publicam utilitatem, contrà extra-
ctores annonæ, aut iniq; vendentes, ut *ff.*
ad L. Iul: de annona. 4. in L. Julia Majestat:
nam & coniurationem Catilinæ mulier
detexit, & Marcus Tullius Consul judici-
um eius instruxit ut *ff. de accus.* L. in questioni-
bus. 5. in crimen suspecti tutoris ut *ff. de sus-*
pect: tut. L. 1. 6. in crimen simoniæ, ut *cap:*
tanta desim: 7. in crimen hæresis, ut *dedi-*
vort: cap: de illa. Sicut ergo mulier non ad-
mittitur ad accusationem publici crimi-
nis, ita nec conceditur ei intentare accu-
sationem popularem, nisi causa ad eam
pertineat, ut *L. mulieri, ff. de populari actione.*

7. Se-